



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars III. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Sixtvs Episcopvs, Joanni episcopo Antiocheno.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15241

388 CÆLESTINVS P. I. CONCILIVM THEODOSIVS VALENTIN. IMP.

Mattib. 11. cuius onus leue, & iugum suaue portamus. Datum xv. ANNO CHRISTI Kalendas Octob. Theodosio XIII. & Maximo Consulibus. 431.

Respondet
epistolæ
Ioannis,
quaæ habe-
tur supra
cap. 27.
CAP.XLII.

SIXTUS EPISCOPVS, JOANNI
episcopo Antiocheno.

Mattib. 7. **S**i ecclesiastici corporis gloriam, si eius integritatem dicitio tua considerare dignetur; profecto latitiae nostræ non quæreret interpretem. Ipsæ namque res euidentissime loquuntur, mœrem nostrum repentina sancti fratris nostri Cyrilli sermone in gaudium esse conuersum. Tantam hanc ergo solitudinem nostram nos euasisse deletat, postquam reo nostræ fidei tua fuit * sanctitas plenitudo. Nunc vere se exulem, nunc se sentit electum. Abundant ei in deserto spinæ, quia deest vua quam colligat. Hos habet fructus, qui erga vineam Domini * nostri noluit * nostram exercere culturam. Credo ad dilectionem tuam rerum cursus & ordo peruerterit, qualiter ei voluimus nostra admonitione succurrere. Retinuimus in præceps euntem, qui erat blasphemiarum pondere in profunda mergendus. Si negotii qualitatem iusta lance pensamus, nulli non videbitur Nestorius sero * damnatus. Hic fuerit debitus sermo præteritus. Fruamur nunc præsentibus bonis, nec diu hæreamus in tristibus, quibus Dominus gaudere concessit. Audiuit vniuersa fraternitas, quæ ad natalis mei conuenierat diem, qualiter bono humani generis, apostolicæ sedis me præside, * ... excedant licet meritum meum, & extra me hæc esse cognoscam: exordium tamen tui sermonis gratus accipio, quia non est tibi controuersia perferranda, qui Christum Dominum nostrum bono humani generis, ita ut natus est, confiteris: subsequenter ecclesiæ addis luciferum, & vbique lucentem: sed & nunc vos, imo omnes qui lucis illius signum fronte gestamus, luciferos confitemur. Sint ergo omnes fidem prædicantes Domini sacerdotes luciferi, & vbique lucentes: sit & Nestorius ille lucifer, de quo scriptum est: *Cecidit lucifer, qui mane oriebatur.* cecidit, sed superbiens cecidit, sed elisus, cum ascendere disponit in cælum, & ponere super cæli sidera sedem suam, & promittit Altissimo similem se futurum. Ille ad similitudinem se aptabat Altissimi: iste in suam similitudinem vocabat Altissimum. hominem namque

Ij. 14.

* f. fani-
tas peni-
tudo.

* damnata,
cui non pro-
fuerit

* Debet a-
liquid.

ANNO
CHRISTI
451. natum eum tantummodo prædicabat , auferens incarnationis mysterium,& illud euacuans, imo illud impugnans, quo secundum symbolum fides & salus nostra subsistit. Non est certandi iam tempus hoste prostrato : transeundum nobis ab his est quæ bella mouerunt. importunum est victoriae tempore adhuc de præliis disputare. Quæ hic evidenter rerum fides, quæ ratio maior potest esse, quam palma? Fruamur auctore Domino , bono atque iucundo , Psal. 132. quia in vnum fratres rursus cœpimus habitare. Hæc sanctitatem tuam volumus prædicare, quæ scribis. Expertus es negotii præsentis euentu , quid sit sentire nobiscum. Beatus Petrus apostolus in successoribus suis, quod accepit, hoc tradidit. Quis ab eius se velit separare doctrina, quem ipse inter apostolos primum magister edocuit? Non hunc auditus per alterum , non sermo lectus instruxit. doctus est cum aliis ore doctoris: non scripturæ, non scriptorum passus est quæstionem. absolutam & simplicem fidem, & quæ controuersiam non haberet, accepit; quam utique meditari semper, & in qua manere debemus; vt sensu puro sequentes apostolos, inter apostolicos esse mereamur. Non parum nobis oneris , non parum laboris incumbit, vt ecclesia Domini macula desit & ruga. Quam super hoc esse solliciti nos debeamus, clementissimorum & Christianissimorum regum cura testatur. Aspice, frater carissime , cælesti negotio quam se vigilanter impenderint. Cogitationum ferias nesciuerunt : nec dignati sunt terrena curare, nisi cælestibus paruisse. Quoties apostolicam sedem, quoties diuersos fratres eorum sermo commouit? Impenderunt se eius negotio, qui se eorum nunquam negauit imperio. Sciunt se illi fenerare sollicitudinem suam, qui eam cum grandi reddat vsura. De qua re nos conuenit gloriari, quia cælestem regem videmus foederatos reges habere terrarum . Intelligunt , sicut ait David , Psal. 2. & eruditæ sunt qui iudicant terram ; quando , sicut dicit alibi , ipsi & omnes populi laudant nomen Domini . Ergo quia , sicut dicit Apostolus , Fides una est , * & vincentes obtinuit , dicenda credamus , & tenenda dicamus. Nihil ultra liceat nouitati, quia nihil adiici conuenit vetustati. Dilucida & perspicua maiorum credulitas , nulla coeni permixtione turbetur. Habet probatum nobis virum Psal. 148.
Ephes. 4.
* quæ eius-
denter ob-
tinuit.
† Citat hi-
locum Vi-
centius I-
rinensis ac-
uerf. here-
in fine.

Ccc iij

fratrem & coepiscopum nostrum Maximianum Constantopolitanæ ecclesiæ sacerdotem, diuino illic iudicio consecratum; ut aegritudinis morbum, quem astutia venena * solius infuderant, superet simplicitatis dulcedo succedens: qui non illic aliud quam credimus poterit praedicare, nisi quod a decessoribus meis nobiscum positus frequenter audiuit. Datum xv. Kalendas Octobris, Theodosio xiv. & Maximo Consulibus.

CYRILLI ARCHIEPI- ΚΥΡΙΑΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙ-
scopi Alexandrini in san- σπόπου Αλεξανδρείας εἰς τὸ
ctum symbolum. ἀγιον σύμβολον.

Dilectis & amantissimis Anastasio, Alexandro, Martiniano, Ioanni, Paregorio presbytero, & Maximo diacono, ceterisque orthodoxæ fidei patribus monachorum, & vobiscum monasticam vitam agentibus, ac in fide Dei solidatis, Cyrillus in Domino salutem.

C. XLIII.

ST V D I V M ac diligentiam vestræ caritatis nunc quoque haud mediocriter commendare possum, & maximi faciendam esse dico. Etenim diuinæ doctrinas desiderare, & sacrorum dogmatum rectitudinem studiose persequi, quis non valde admiretur? Hæc enim res vitam sine termino ac beatam conciliat, neque irremuneratum erit iis in rebus impensum studium. Dicit enim ad cœlestem Patrem & Deum Dominus noster Iesus Christus:

Ioan. 17.

Hæc est autem vita eterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Recta sane & irreprehensibilis fides, quam fulgor ex bonis operibus comitatur,

Tois ἀγαπητοῖς καὶ ποθιστάποις, Αναστάῳ, Αλεξανδρῷ, Μαρτινιᾳῳ, Ιωάνῃ, Παρηγείῳ πρεσβυτέρῳ, καὶ Μαζίμῳ διακόνῳ, ἐ λοιποῖς ὄρθοδξοις πατροῖς μοναχῶν, καὶ τοῖς σω̄ ὑμῖν Φιλοποιοῖς ἀποκοστοῖς, καὶ σὺ πίστις θεοῦ ιδρυμάροις, Κύελλῳ ἐν κωστὶ χαίρετε.

TO φιλομαθὲς καὶ φιλόπονῳ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης καὶ τω̄ σού μετεῖναι ἐπαγνέομεν ἔχω, καὶ αἴσιον εἶναι Φημι τὸν παντὸς λόγου. τὸ γαρ τοις δέλων ἐφιεδαψ μαθημάτων, καὶ τῆς τοῦ ιερῶν δογμάτων ὄρθοτητος μεταποιεῖται φιλέων, πῶς ἡνὶ σὺν τοις γεγάγασκον οὐς; καὶ γαρ οὐτιζων τῆς ἀπταντού καὶ μακαρίας τὸ γεννηματος ἐξενον, καὶ ἐπὶ ἀμιθος λί συγε Σύντοις απονθή. Φημι γαρ που τοις οὐ συγνοοῖς πατέρα καὶ δέλων ὁ κύελλος ἡμέρῃ Ιησοῦς Χριστός· αὐτὴν λί αἰώνιος ζωή, ἵνα γνώσκωσι σὺ μόνον διληπτὸν δέλων, καὶ ὃν ἀπέσταται Ιησοῦς Χριστόν. ὅρθι γαρ πίστις Εἰκαστονωσί, σωμάτρομον ἔχοντα πλὴν ἔργων ἀγαθῶν Φαιρόποια,